



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XIII. Borchard, Herr von Schrapelow, verkauft der Stadt Perleberg den Wall im J. 1310.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

hardus de noua domo, Thidericus de pecolt, Thidericus de cartane, Thidericus Noreman et vterque boberowe et procuratores sancti nicolaj hinricus de Stendal et hinricus et farnowe. Datum de aetum Anno domini M CCC IX in die beatorum viti et Modesti Martirum.

Nach dem Original.

XII. Markgraf Woldemars Bestätigung und Appropriation der Schenkung einer Hebung von 10 Talenten an Abgaben von den Erbgütern der Bürger Perlebergs an den Altar des heiligen Geistes daselbst v. J. 1310.

Nouerint vniuersi quibus exhibitur presens scriptum, quod nos woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Iusacie & de landizberg Marchio Tutorque incliti Johannis de brandenborch marchionis confirmauimus & presentibus confirmamus nostro & dicti marchionis johannis nomine donacionem decem talentorum de hereditatibus ciuitatis perleberg tollendorum factam per johannem dictum de noua domo seu per alios quoscunque domni sancti spiritus intra muros ciuitatis eiusdem ad altare, donantes quoque proprietatem eorundem decem talentorum ad altare domus sancti spiritus nostro & dicti marchionis johannis nomine expresso, ita quod perpetuis temporibus ad ipsum altare vero proprietatis titulo adiacebunt, profitentes quoque, quod huiusmodi donacio habita et contracta predictae ciuitatis ciuium expresso de consensu & ipsorum libera voluntate. In cuius facti euidentis testimonium presens scriptum nostro munitum sigillo duximus concedendum. Presentes fuerunt domini Nicolaus de Buck, Droyseko, Conradus de Redere, Sloteko, hermannus de luhowe et alii quam plures fidedigni. Actum & datum Spandowe feria quarta post dominicam letare Anno domini millesimo CCC<sup>o</sup> decimo,

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XIII. Borchard, Herr von Schrapelow, verkauft der Stadt Perleberg den Wall im J. 1310.

Nos borchardus dei gratia dominus de Schrapelow vniuersis presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod aggerem in ciuitate perleberge situm, qui domine ludgardi nostre legitime vxori pertinebat, Consulibus ciuitatis eiusdem pro C. Marcis agenti rite et rationabiliter vendidimus possidendum, cuius summe partem mediam recepinus ab eisdem: sumus nihilominus arbitrati, quod residuam partem pecunie adhuc dandam neque per nos neque per mediam personam tollere debeamus, nisi prius dictis consulibus litteram illustri principis domini Johannis Marchionis super hoc ordinauimus, vt talis venditio ac emptio de sua sit libera voluntate, Etiam vt sepe dicti consules tuti fore possint ab impugnatione qualibet ceterorum, Datum Anno domini M CCC X<sup>o</sup> in vigilia marie Magdalene in Ciuitate perleberge sepius nominata.

XIV. Bischof Reiners von Havelberg Anordnungen über die Feier des Gottesdienstes, das Einkommen des Predigers und dessen Berufung beim heil. Geist Hospital zu Perleberg, v. J. 1313.

Reynerus dei gratia havelbergensis ecclesie episcopus Omnibus presens scriptum legentibus &